

Sancti Damiani. et omnium sanctorum. quorum sollemni
hodie in conspectu tue maiestatis. re-
bratur. domine deus noster tota in diem terrarum
omnium sanctorum tuorum quorum meritis precibus
contendas. ut in omnibus protectionibus tue reman-
eamur auxilio. **I**n eundem christum dominum nostrum.
Ante igitur oblationem servitutis nostrae
cuncte familie tue. **Q**uesumus domine. ut pla-
cipias. dies quoque nostrorum in tua pace di-
as. atque ab eterna damnatione nos tri-
lectorum tuorum iubeas grege numerari. **P**
dominum nostrum. **Q**uia oblationem tuam iuris
omnibus que. benedicta. **A**ssumpta. **R**
rationabile. acceptabile opus face-
meris. ut nobis. corpus. **E**t sanguis. **R**
delectissimi filii tui domini nostri ihesu christi

MS 612

Sammelband

Ausg. 1. Bd.

67.
Programma
IN FESTO
RESVRRECTIO=
NIS CHRISTI
IN
ACADEMIA IVLIA
P. P.



HELMAESTADI,
Typis heredum IACOBI LVEL,
Anno clō 1ō cXXII.



PRORECTOR
ET
SENATUS ACADEMIÆ
IVLIAE, Civibus suis S.

Quoniam omnes fidei nostræ articuli
captum humanum excedant:
unde quoq; Apostolus gentium
2. Corinth. 10. v. 5. nos monet, ut
ἡμῶν νόημα in obsequium CHRISTI captivum
ducamus, nullus penè inter eos adeò est cre-
ditu difficilis, atq; resurrectio Christi, & no-
strorum corporum, neq; dubium est, quin
ad hos potissimum respexerit idem Apосто-
lus, cum ait 1. Cor. 4. v. 23. *se predicare Chri-
stum crucifixum, Judæis quidem offendiculum,
Græcis verò stultitiam* Quid enim illis ma-
gis scandalum præbuit quàm resurrectio
Christi, & quid his magis stolidum visum
fuit, quàm resurrectio corporis nostri. Cer-
tè animæ immortalitatem saniores Ethnici
negare ausi non sunt; ac carnis resurrectio-
nem

nem sibi prorsus persuadere nō potuerunt:
imò eos, qui ita sentirent, cum ratione insa-
nire putabant. Id ipsum vt ex eorum mo-
numentis iam probemus, nihil attinet; suf-
ficit nobis testimonium Augustini, qui il-
lorum scripta non indiligenter legit. Sic
enim ille super Psalmum LXXXVIII. sermo-
ne 2. scribit: *In nulla re tam vehementer, tam
pertinaciter, tam obnixè & contentiosè contra-
dicitur fidei Christiana, sicut de carnis resurre-
ctione. Nam & de animi immortalitate mul-
ti etiam Philosophi gentium multa disputaue-
runt, & immortalem esse animum humanum
pluribus & multiplicibus libris conscriptum,
memoria reliquerunt. Cū ventum fuerit
ad resurrectionem carnis, non titubant, sed aper-
tissimè contradicunt: & contradictio eorum
talis est, vt dicant, fieri non posse, vt caro ista
terrena possit in calum ascendere, &c. Cum
itaque hi duo articuli fidei rationi nostræ
cum primis ἀπὸ τοῦ videantur, piæ ac de-
uotæ antiquitati placuit, vt Paschali-
bus feriis hoc anni tempore in Ecclesia
Dei proponerentur, diligenter explicaren-
tur,*

tur, & ex fundamentis Sacrae scripturae demonstrarentur, ut ita de ijs nullus scrupulus in animis fidelium remaneret, nec a quoquam in dubium vocari possent. Prior autem non tantum in V. T. multis figuris, vaticiniis & exemplis propositus fuit; sed & in N. certis & indubitatis ^{reuniois} & testimoniis asseritur, ipsoq; opere impletus comprobatur, a quo etiam spem salutis nostrae dependere credimus, ut vel ex hisce Pauli verbis 1. Cor. 15. v. 14. patet. *Si inquit, Christus non est excitatus, inanis est predicatio nostra, inanis est fides nostra.* Et v. 17. *Quod si Christus non est excitatus, inanis est fides nostra, adhuc sumus in peccatis nostris.* Item v. 19. *Si in hac solum vita speramus in Christum, miserissimi omnium hominum sumus.* Quia itaque Christus a mortuis resurrexit, & nos, qui Christiani dicimur, suo tempore a morte resurgemus. Est enim *resurrectio nostra, et vita*, ut ipse inquit apud Ioannem cap. 11. v. 25. & uti apud eundem cap. 5. v. 28. vaticinatur. *Veniet hora, qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem eius: Et prodibunt qui*

qui bona fecerunt, in resurrectionem vite: qui
verò mala egerunt, in resurrectionem condem-
nationis. Ad hunc locum haud dubiè atten-
dit D. Augustinus quando super psalmū 72.
ita scribit. Non ad hoc sumus Christiani, ut ter-
renam nobis felicitatem petamus, quam ple-
rumq; habent & latrones & scelerati: ad aliam
felicitatem nos sumus Christiani, quam tunc
accipiemus cum vita ista huius seculi tota tran-
sierit. Ergo promittitur & nobis carnis resurre-
ctio, & talis nobis resurrectio carnis promitti-
tur, ut caro quidem ista quam modo portamus,
resurgat in finem. Sed hæc subsequentibus
diebus pro cōcione vberius explicabuntur.
Nos verò monemus & hortamur ciues no-
stros, ut ipsi in templis non solū corpore,
sed & animis adsint, atq; ita probent quod
ipsorum pietas non saltem in ore nateat, sed
& in corde lateat. Sicuti igitur excitatus est
Christus ex mortuis in gloriam Patris: ita &
nos novā vitā ambulemus, Rom. 6. v. 4. hoc
est, ut Leo M. ait, sermone primo de resur-
rectione Domini, in hoc transitorio seculo mo-
riamur diabolo, quæ mors est causa vivendi, &

uiuamus Deo, qua uita est causa moriendi, de-
ficiamus iniquitati, ut iustitia resurgamus. Cer-
tè quamdiu hic sumus, in carne manemus,
sed tamen opus est, sicuti iterum eodem ser-
mone idem scribit, ut carnales affectus nobis
non dominantur, atq; ita iuxta Paulum meri-
tò eius rei deponimus nuncupationem, cu-
ius non sequimur voluntatem. Cauendum
quoq; ut iterum Leo nos monet, ne uitiis
animum superantibus fiat seruitus, ubi debet es-
se dominatus. Sed ut sumus homines, si
aliquid delicti irrepsit, hoc celeripænitu-
dine secundum ipsum delendum est, quia
antiquorum morborum difficilis & tarda
curatio est. Tanto igitur uelocius adhibean-
tur remedia, quanto recentiora sunt vulne-
ra. Nam ut iterum dicto Patris utar. Pascha
Domini non impudicus, non luxuriosus, non su-
perbus, non auarus celebret; sed hoc festum rectè
honoratur, si & moribus celebretur. Hoc uerò
fiet, si iuxta admonitionem Pauli I. Cor. 5. v.
7. & 8. expurgemus uetus fermentum, ut simus
noua massa, & festum agitemus non fermento
ueteri, nec fermento malitia & nequitia, sed
non

non fermentatis panibus sinceritatis & veritatis. Porrò sicut Christus paupertate diuitias non amisit, gloriam humilitate nō minuit, æternitatem morte non perdidit: ita & nos iisdē gradibus, iisdemq; vestigiis, vt cælestia apprehendamus, terrena despiciamus. Sicut inquit, Paulus, Colofs. 3. v. 1. & 2. *Cum Christo resurrexistis, superna querite, ubi Christus est ad dexteram Dei sedens. Supernam querite, non terrestria.* Est quoq; Saluator noster propterea passus, vt nobis relinqueret *ἀπορρηγμένον*, vt insequeremur vestigia ipsius, 1. Pet. 2. v. 21. Et hoc ideò necesse est, vt quisquis crucem suam non portat, nec Christum sequitur; discipulus eius esse nequeat. Est quoq; secundum Leonem iam sæpius citatum *susceptio crucis interfectio cupiditatum, occisio vitiorū, declinatio vanitatis, & abdicatio omnis erroris.* Postremo, cum nemini ignotum esse debeat, Deum seriò velle, vt ipsi pro tot tantisq; beneficiis acceptis, non tantum ore & corde gratias agamus, sed & cum ipse bonorū nostrorum non egeat, teste Psalmo 16. v. 2. erga ministerium eius gratitudinem nostrā
decla-


declaremus. Propterea quoq; ipse in V. T. populo Iudaico præcepit, ne quisquam, præsertim in iis festis, quæ *maiora solennia* à veteribus vocabantur, corã ipso vacuè compareret. Exod. 23, v. 15. A Equum itaq; est, vt & nos in N. T. erga ministros verbi liberales nos præstem⁹. Quod ipsum & nos monet D. Paul. 1. Cor. 9. v. 13. & 14. *An nescitis, inquit, eos qui sacris operantur, ea quæ ex sacrario sũt edere? Et qui altari assident, cum altari participare? ita Dominus constituit iis qui Euangelium annuntiant, vt ex Euangelio vivant,* Hoc autem haud inuitè, siue vt Paulus loquitur, 2. Cor. 9. v. 7. *μη̄ εν̄ λύπης, η̄ εν̄ ανάγκης,* sed sponte nostrã nos facere oportet, siquidem vt ibidem ait Apostolus, *Hilarem datorem diligit Deus.* Quarè procul dubio veræ pietatis cultores hac in parte haud difficiles se præbituros, & expressum Dei mandatum, totiesque repetita tam in v. quàm N. T. promissa præmia respecturos, vt ita vltiori admonitione non indigeant, confidimus. Saluete & valete. Helmstadii XX. Aprilis Anno c̄lo l̄oc̄ XXII.

V 17





innumeris gratiis et benedictionibus hanc
viam. hanc **X** innumera hanc sancta **X**
innumera illibata. **X** in primis que tibi
innumus pro ecclesia tua sancta catholica
innumificac custodie. adiuuare. et regere
innumus toto orbe terrarum. una cum familia tua
innuma. Rege. innumo **S** innuma innumo **S** et omni
innumo orthodoxis catholice et apostolice fidei
innumo toribus. **M** innumo dñe famulorum famu
innumo rum tuarum. **S** et omni circumstantium quorum
innumo fides cognita est. et nota deuotio pio quibus
innumo tibi offerimus. et qui tibi offerunt hoc
innumo sacrificium laudis pro se suis et omnibus pro
innumo ratione animarum suarum. pio spe salutis. et
innumo innumo innumo innumo tibi reddunt vota sua
innumo eterno deo vivo et vero **O** innumo innumo





B.I.G.

Farbkarte #13



...nma
...TO
LECTIO
...RISTI
...IVLIA



...ADI,
COBI LVCL
CXXII.

